

URBIS ET ORBIS DECRETUM

De signo sanctae Crucis in benedictionibus semper adhibendo

Cum ex usitato more semper liturgica viguisset consuetudo, ut in ritibus benedictionis signum crucis adhiberetur, id dextera manu a celebrante super personas aut res describendo, pro quibus misericordia impetratur, haec Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum ad dirimenda dubia statuit, ut, etiam si textus illius partis Ritualis Romani cui titulus *De Benedictionibus* silentio signum ipsum praetereatur vel expressa in eo careat mentione temporis opportuni huius actionis, attamen tamquam necessarium in quavis benedictione sacris ministris peragenda supradictum signum crucis usurpetur.

Hac vero absente mentione, tempus opportunum habeatur cum textus benedictionis verba *benedictio, benedicere* vel similia praebeat vel his deficientibus verbis, cum concluditur ipsa oratio benedictionis. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Ex aedibus Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, die 14 Septembris A. D. 2002, in festo Exaltationis Sanctae Crucis.

GEORGIUS A. card. MEDINA
ESTÉVEZ,
Praefectus
✠ Franciscus Pius Tamburrino
archiep. *a Secretis*

Publikováno v AAS 94 (2002), 648.

DEKRET MĚSTU A SVĚTU

Používání znamení svatého kříže při žehnání

Protože od svého zavedení vždy platil liturgický zvyk používat při obřadech žehnání znamení kříže, naznačené celebrantem pravou rukou nad osobami nebo věcmi, pro něž se vyprošuje Boží milost, ustanovuje tato Kongregace pro bohoslužbu a svátosti – aby rozptýlila pochybnosti – následující:
I v případě, že text části *Římského rituálu* nazvané „Obřady žehnání“ o znamení kříže mlčí nebo neobsahuje výslovnou zmínku o okamžiku, kdy se má konat, je nezbytné, aby posvátní služebníci při jakémkoli žehnání výše zmíněné znamení kříže činili.

Pokud taková zmínka chybí, vhodným okamžikem jsou slova žehnacích modlitby „požehnání“, „požehnej“ a apod., nebo pokud nejsou použita, pak zakončení žehnacích modlitby.

Všechna rozhodnutí, která jsou s tímto ustanovením v rozporu, ztrácejí platnost.

Dáno v sídle Kongregace pro bohoslužbu a svátosti dne 14. září 2002, ve svátek Povýšení svatého kříže.